



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Bonis Operibus Docto. Martini Lutheri Liber

Luther, Martin

Vuittemberge, 1521

VD16 L 7151

Secvndo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33333

Quintum hominem capiunt, regunt, moderantur, & subiectum sibi, ut non se ipso
se regat, non sibi probus videatur, nihil magni de seipso sentiat, sed se
modestum & humilem agnoscat, permittens duci. Quo superbiae oc-
curriunt & resistuntur. Hęc autem sequentia praecepta agunt curia cupiditas
tibus & voluptatibus hominis, ad eas quoque occidentas. Primo irasci,
bilem & vindictę studiosam, de qua quintum praecepit dicit, Ne
occidas. Quid praeceptum habet opus, sed multa complectens, multa
vitia propellens, & appellatur mansuetudo, siue suauitas. Quę duplex
est. Quarum altera valde pulchra & speciosa apparet, sed nihil in rebus
su habens, quę habemus vel erga amicos, & qui nobis vni sunt, in opibus,
fama, dignitate, & studio atque fauore. Vel in eos qui nobis non of-
ficiunt vel nocent, neque verbis neque factis. Qualis mansuetudo est etiam
mutis animalibus, leonibus, & serpentibus, Ethniciis, Iudeis, Turcis,
nebulonibus, homicidis, scortis. Hi enim omnes placabiles sunt & quieti
si eorum voluntati obsequari, vel eos non offendas. Et tamen non pa-
rum illiusmodi nugatoria mansuetudine decepti, suam iram detergentes,
sic excusant. Non irasper si mihi per alios licet. Imo mi homo. Sic
& Satanás esset mansuetus & placabilis, si ei omnia ex animi sententia
succederent. Sed dissensio & offensio ideo te inuadunt, ut te tibi ipsi co-
monstrent, quę plenus sis ire & malitię, ut sic admonitus, pro mansue-
tudine & suauitate, & ad ejiciendam iracundiam labores. Altera autem
mansuetudo est radicatus & a fundamentis boni, quę se ostendit erga
aduersarios & inimicos, eisdem non nocens, non iudicans, non detestans,
non execratis, non derahens, non maledicens, nihil de ipsis malis cogitans,
etiam si opes, famam, corpū, amicos, & breuiter omnia nobis ademissaent.
Imo ubique potest, ipsis bona pro malis reddit, optimè de ipsis lo-
quitur, optimè de ipsis cogitat, pro ipsis ora. De quo Christus dixit
Mūthei. Bene facite vobis male facientibus, orate pro persequentiibus
& calumniantibus vos. Et sanctus Paulus ad Roma. 12. Benedicite &
non male dicite, nulli malum pro malo reddentes.

SECVNDO.

Bella,
Lites,
Odia,

¶ Nunc vide p̄ hoc eximie magnum & sublimē opus inter Christianos
nō pessum ierit, iam nō nisi litibus, iurgijs, bellis, ira, odio, inuidia, de-
tractionibus, execrationibus, detestationibus, damnis, vltione, & omni
iugis ire & indignationis tum operibus tum verbis plena potestate vbiq̄
regnantibus. Et tamen nihil oculi nos interim procedimus cū multis
felicis, audiendis missis, oraciuncularum de murmuratione, funditione
templorum Ecclesiasticis ornamenti, a deo non praeceptis, adeo immo-
derate fulgentibus, tanq̄ essemus sanctissimi omnium Christianorum,
qui vñq̄ fuissent, permitentes sub his speculis, personis, & lauis dei p̄

cepsa interire & labefactari, adeo, ut ne sit quidem qui vel cogiteret vel p^{re}
pendat q^{uod} propinquus vel admotus sit mansuerudini & placabilitati, &
implectioni huius pr^ecetti diuini. Quia tamen deus non dixerit, qui h^{ic}
opera fecerit, sed qui pr^eccepit sua seruauerit, in regnū celorum intraturū.
Postquam ergo nemo mortalium in terris vivit cui non deus subhornet des-
monstratorē propriū ipsius irae & malitia, hoc est hostem & aduersariū
eius, eum in opibus, dignitate, honore, & amicis offendentē, ita probas
an adhuc ibi sit ira reliqua, an possit inimicū diligere, bene de eo loqui,
bene de eo mereri, ei benefacere, nihil mali contra eum cogitans. Nunc
accedar interrogans, quid sibi faciundum sit ut bona opera faciat, ut deo
grata, sic sibi salutaria, Proponat sibi hostē suum, habeat eum perpetuo
in imagine & oculo cordis sui, in hunc vsum, ut ita seipsum vincat, cor
suum affuefaciens, amice de eo cogitare, ei opima queq^{ue} fauere, pro eo
curare & orare, de inde vbi occasio & tempus fuerit, bene de eo etiā lo-
qui, sed & bene ei facere. Prober hoc quisquis velit. Nisi enim inueniat
satis quod omnibus diebus vita suę agat, mendacijs me coarguat, & dis-
cas hunc sermonem falsum fuisse. Deo autem hoc ita volente, necq^{ue} aliam
solutionem admittentē & exigente, quid obsecro prodest nos alijs mag-
nis operibus occupari, hisq^{ue} non pr^ecceptis, & hec non relinquere. Ideo
dicit Mathei, 5. Ego autem dico vobis, omnis qui irascitur fratri suo, reus
erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo Rachael hoc est qui abominabile,
iratum, & immane signū dat) reus erit consilio. Qui autem dixerit fatue,
hoc est, omniiuga conuicia, detestaciones, detractiones, execratiōes, reus
erit gehennae ignis. Vbi autem manet violenta iniuria manuum: ut ferire,
percutere, vulnerare, occidere, damnum inferre, si cogitationes & verba
ire tam graueriter damnata sunt.

TERTIO.

¶ Vbi autem interior cordis est mansuetudo & suauitas, miseret cor
hominis omnium calamitatum quae hosti suo accidunt. Et huiusmodi Inimici d^{icitur}
sunt veri & filii & heredes dei, & fratres Christi, qui pro nobis omnibus ligendi.
sic fecit in sancta Cruce. Ita videmus a probo iudice cum dolore ferri
sentientia in reum & noxiū, & egreilli esse mortem huic a iure inflictā.
Hic est species in opere, tanq^{ue} sitira, indignatio, & inclemētia. Adeo
intime bona est mansuetudo, ut etiam sub eiusmodi iratis operibus ma-
net. Imo acerrime & viuacissime in corde tum securit quā do sic irisci
& severitatem exercere cogitur. Attamen hic nobis cauendū est, ne sim⁹
mansueti & placabiles, contra dei gloriam & pr^ecpta. Scriptū est em⁹, Ceuēda mā
Mosen mitissimum omnium fuisse mortalium, & tamen quum ludei suetudo con-
vulsi aurei adoratione deum prouocassent & commouissent, multos tra dei pr^e-
corum ab ipso interemptos, & ita deum ab eo reconciliatum. Sic non cepta.

I iij